



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Valerii Andreae Desselii Erotemata Ivris Canonici**

**Andreas, Valerius**

**Francofurti & Lipsiae, 1720**

XIV. De Præcariis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63277](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63277)

7. *Quid si per alienationem legitimam factam Ecclesia graviter sit laesa?*

Poterit tunc adversus hujusmodi alienationem in integrum restitui, & rescindi alie. *stram* II. natio: exemplo minorum, quibus Eccle. *h. t.* fia comparatur.

## De Precariis.

## TIT. XIV.

Jam si de fructibus, quos Clerici percipiunt ex beneficiis suis, quærat, an de illis disponere possint; dicendum est posse, & super iisdem fructibus perceptis quodlibet genus contractus recte iniri; unde hic sequitur de Precariis.

1. *Quid est Precaria vel contractus Precariarum?*

**E**st contractus, quo veluti precarius ususfructus prædii Ecclesiastici alie. *c. i. b. t.* cui ad vitam, vel in perpetuum, aut ad *can. Pre-* longum tempus conceditur, ea lege, ut *caria X.* de quinquennio in quinquennium *renovetur ad perpetuam rei memoriam. Et can. Long.* quamvis inter Precarium & Precarias *inquieta-* quidam distinguant, ut Precaria duret ad *te XII.* vitam tantum, nec renovationem *desideret;* *q. 2.*



deret; Precariæ vero etiam ultra, quanto quoque anno renovandæ: tamen rarius est, secundum Canones non differre. Ut nil aliud sit Precaria sive Precarium quam jus percipiendi fructus ex Prædico Ecclesiastico, concessum alicui vel gratuito certa mercede numerata vel in compensationem ac remunerationem dari beneficii Ecclesiastici.

2. *Quid est Precarium?*

*l. fin. b. t.* Est contractus, quo alicujus rei usus  
*l. i. § 2.* cui gratis conceditur, revocandus pro arbitrio ipsius concedentis. Differt a Precario quia hæc non possunt ad arbitrium concedentis revocari.

*D. De Precario d. c. fin.*

De Commodato.

TIT. XV.

Nunc transit Pont. ad reliquos contractus tam nominatos, sive re, sive consensu, sive aliter contrahantur, quam innominatos. Inter nominatos occurrit primo loco Commodatum.

1. *Quid est Commodatum?*

**E**st contractus re initus, quo res alicui utenda datur gratuito ea legem ut, usu expleto, ad quem tradita est, eadem restituatur.